Sed idem prepositus tam pio proposito et
laudabili dicti venerandi pontificis testa=
mento minime satisfaciens, accepta dicta
domini sui pecunia et ad instar inutilis
servi in terra defossa nedum apud curiam
Romanam pro regimine ecclesie non labo=
ravit, ymmo[u] facta electione cum nonnul=
lis de parte sua canonicis ecclesie de per=
sona minus idonea[v] sed per summum
pontificem postmodum cassata ipsam
ecclesiam posuit in errore. Taliter igitur
dicto domino[v'] Wilhelmo defuncto ipse reliquit
ecclesiam coloniensem absque debitis lo=
cupletem et diviciis plurimis habundan=
tem, castra quoque et fortalicia ecclesie
vino et frumento et rebus necessariis[w]
ita ut eorum[x] promptuaria eructarent[y]
ex hoc in illud undique communita.
Qualiter vero tantarum diviciarum copia,
quas pro futuro statu ecclesie idem archi=
episcopus thesaurizaverat[a], nesciens uti= cf. Luc. 12, 21.
que, cui easdem congregaret (ss), post eius
obitum fuerit dissipata, longa sequens
ecclesie vacacio[b] et diu sub incerto va=
cillans eiusdem provisio lucide mani=
festat. Et quod dictus archiepiscopus disposu=
erat[c] ad bonum ecclesie, totum postea cessit ad ecclesie nocumentum. Nam
famate ipsius divicie insaciabilem avariciam Romane curie ad modum
voraginis semper pecunias sicientem irritaverunt et eidem occasionem

habundancia, quas pro futuro ecclesie
statu et pro successoris[s] disposicione
ipse thesaurizaverat, nesciens utique,
cui eadem congregaret, post eius obitum
fuerit miserabiliter[t] dissipata, longa
sequens ipsius ecclesie vacacio manife=
stat. ~~In lecto autem~~ Idem autem archiepiscopus in lecto suo egritudinis, ut
profertur, de provisione futura ecclesie
sicut in vita sic in morte sollicitus,
utiliorem, qui de collegio ecclesie sibi
videbatur, quantum fuit in eo succes=
sorem designabat, videlicet nobilem
et circumspectam virum dominum
Wilhelmum de Sleyda, prepositum
ecclesie coloniensis, virum mire provi=
dencie, prudencie et hospitalitatis, dans
sibi in parato pecuniam non ~~modicam~~
parvam scilicet 5000 florenorum ad
expensas[z], ut pro successione apud
sedem apostolicam laboraret. Et licet
idem prepositus dictam successionem non
fuerat consecutus, tamen et pecunia sibi
pro successione tradita ad ecclesiam co=
loniensem post mortem eiusdem prepositi
fuit reassignata ecclesie coloniensi predicte.

s) concessoris 5. t) mirabiliter 5. u) immo 4.4'.4". v) ydonea 1.2. (v') domino deest 4.) w) nec. rebus 1. rebus deest 4.4'.4".
x) eorum deest 1. y) erectuarent 1.4.4'.4". (z) expensis 5. a) thesauris. 2. b) vaticinacio 4.4'.4".
c) deposuerat 2.